¶ Scḋs diuiſio potẽtie ẽ talis. qḋdã ẽ potẽtia cuʒ actu ⁊ qḋdã ẽ potẽtia ante actum. verbi gratia. ſedẽs qñ ſedet ẽ in potentia cum actu ad ſedẽdum. ſed ſedẽs qñ ſedet ẽ in potẽtia añ actum ad ambulãdum. potẽtia añ actum ſolum reperitur i rebus mobilibus ⁊ corporibus. ſed potẽtia cum actu reperitur tam in rebus mobilibus qȝ immobilibᵒ. i. eternis cuʒ ḡ poſſibile dicatur indifferẽter de neceſſarijs ⁊ nõ neceſſarijs. vtr ſequitur ad ſuam partem. Ptẽtea equiuoce ſumuntur. non dȝ intelligi ꝙ poſſe dicatur equiuoce de potẽtia cum actu ⁊ añ actum rõnali ⁊ irrõnali. qꝛ tũc nihil eẽt in illis comparabile. ſȝ per equocum dȝ intelligi aliqḋ dictum ſm prius ⁊ poſterius. poſſe. n. prius dĩ de neceſſario qȝ de poſſibili non neceſſario vt phs innuit in lr̃a. ⁊ iõ ꝑ equocũ intelligas analogũ. ¶ Notãdum ẽ hic ꝙ potẽtiam actiuam valere ad oppoſita põt intelligi multipliciter. Uno mõ ꝙ ſit potẽs in potẽtia ↄ̃dictionis. ita ꝙ exñte paſſiuo ⁊ exiſtẽte omni reqſito ad actionẽ. ⁊ omni impedimẽto amoto poſſet indifferẽter agere ⁊ nõ agere. Scḋo mõ põt intelligi ꝙ potẽtia actiua valeat ad oppoſita ↄ̃traria ꝙ poſſit in ↄ̃trarios effectᵒ. ꝑ mõ dico ꝙ taȝ agẽs liberũ qȝ agẽs nãle ſeu irrõnale valet ad oppõ. i. ↄ̃dictorie. agẽs. n. irrõnale põt agere pñte paſſo ⁊ amoto omni impedimẽto ⁊ põt nõ agere: vt ſi paſſum nõ ſit pñs. vel ſi ↄ̃ficiat aliqḋ reqſitum ad actionem põt ẽt indifferenter agere in h̄ vel nõ agere in hoc. Ignis. n. põt nõ calefacere h̄ cõbuſtibile. qꝛ poſſe ẽ ꝙ nõ approximetᷣ huic cõbuſtibili. ¶ Alr̃ ẽt brutum põt comedere ⁊ non comedere. dormire ⁊ nõ dormire. Iſto ẽt mõ valet agens irrõnale ad oppoſita. qꝛ abſolute loquendo poteſt agere ⁊ nõ agere. põt ẽt agere in h̄ ⁊ non agere in h̄. Loquẽdo vero 2ᵒ modo ſic dico ꝙ ſola potentia rõnalis valet ad oppoᵃ. qꝛ ſola potẽtia rõnalis libe ⁊ ſponte p̃t agere ⁊ nõ agere pñte paſſo ⁊ ẽt oibᵒ alijs habitis requiſitis ad actionẽ. Uolũtas. n. q̃ eſt potẽtia rõnalis pñte aliquo bono põtᵈ velle ⁊ non velle. ⁊ intellectus mediãte volũtate ſperãte põt illud agere ⁊ nõ agere. volũtas. n. põt imperare intellectui ad intelligẽdum: vel auertere ipſuȝ ab actu itelligẽdi. nõ tñ ſemꝑ nec reſpectu cuiuſcũqȝ obi p̃t potẽtia rõnalis in oppᵃ ↄ̃dictorie. nõ. n. põt itellectᵒ reſpectu cuiuſcũqȝ complexi īdifferẽter aſſentire ⁊ nõ aſſentire. nec forte volũtas reſpectu. ꝑmi boni põt differẽter velle ⁊ nõ velle. ſufficit ad intẽtionẽ Ariſt. ꝙ potẽtia rõnalis valeat ad oppoſita ↄ̃dictorie pñte obo ⁊ habitis oibᵒ alijs reqſitis ad actionẽ. qḋ nõ ↄtigit de potẽtia irrõnali. Si vero loq̃mur de poᵃ actiua valẽte ad oppoſita ↄ̃rie. ita ꝙ poſſit ꝑducere ↄ̃rios effectᵒ. hoc põt itelligi vel reſpectu eiuſdẽ paſſi eodẽ mõ diſpoſiti: vel reſpectu diuerſoꝝ paſſoꝝ. Primo mõ ſola potẽtia rõnalis põt in oppoſita ↄ̃rie reſpectu eiuſdẽ paſſi eodeʒ modo diſpoſiti. potẽtia. n. rõnalis põt idem obiectum ſibi preſentatum libere velle vel nolle eligere. refutare mouere ſurſum vel deorſum. ⁊ ſic de alijs contrarijs actibus qui ſunt in libera ptãte potẽtie rõnalis ſeu hominis qui eſt agens rõnale: ſȝ reſpectu diuerſorum paſſorum põt agens irrationale agere effectus contrarios. nam ſol coagulat lutum. ⁊ diſſoluit glaciem. reſpectu tamen eiuſdem paſſi eodem modo diſpoſiti non poteſt irrationale per ſe in effectus contrarios.

A
Ad materiã hᵒ vide anto. and. .d. 5. metaph. q. 14. ⁊ li. 9. q. 2. artic. ij.

Et eȝ qdẽ fortaſſe ꝑncipiũ qḋ neceſſariũ ẽ. ⁊ qḋ nõ eſt neceſſariũ oĩum vl̃ eẽ vl̃ nõ eẽ. ⁊ alia quẽadmodum hoꝝ ↄ̃ña conſiderare oportebit.

ARCI. ¶ Atqȝ forſitan hec neceſſe ẽ ⁊ nõ neĉe eſt: aut eſſe: aut nõ eẽ omnium principium ſunt. Et ceteras ad has ſequentes conſiderare opȝ.

¶ Hec ẽ 3ᵃ pticula hᵒ ptis i q̃ cũ phs declarauit q̃lr ꝓpõnes modales ſe hñt adinuicẽ ſm ↄ̃ñam declarat a q̃ ꝓpone modali ẽ incipiẽdum ſm ordinẽ ꝓpõnum modalium diuerſoꝝ modoꝝ dicẽs ꝙ fortaſſe ↄuenienter ẽ incipiẽdum ab illa ḋ neceſſario. ⁊ h̄ põt poni ↄ̃cluſio. 12. huius libri. ꝙ a ꝓpõne ḋ neceſſario ẽ incipiẽdum in ordine ꝓpõnum modaliũ probatur ↄ̃ ſic. a p̃ eẽ oium entiũ alioꝝ: ⁊ a ꝑ eẽ oium non entium alioꝝ ẽ incipiẽdum in ordine propoſitionũ modaliũ. ſȝ neceſſariũ ẽ eẽ ſeu neceſſe ẽ eẽ. ẽ pmũ eẽ oium entiũ alioꝝ. neĉe h̄ non eẽ ẽ ꝑmũ non eẽ oium nõ entiũ. ḡ ⁊c̃. ponitᷣ h̄ talis ordo. Primus. nõ neceſſe ẽ non eẽ poſſibile ẽ eẽ. contingẽs eſt eẽ non poſſibile ẽ eẽ. Scḋs ordo non neceſſe ẽ eẽ. poſſibile ẽ non eẽ. ↄtingẽs ẽ nõ eẽ. nõ impoſſibile ẽ nõ eẽ. Tertiᵒ ordo. neĉe ẽ nõ eẽ. nõ poſſibile ẽ eẽ. nõ ↄtingẽs eſt eſſe. impoſſibile eſt eſſe. Quartus ordo. neceſſe eſt eſſe. non poſſibile ẽ non eſſe. non contingens eſt non eſſe. impoſſibile eſt non eſſe.

¶ Manifeſtũ ãt ex his q̃ dicta ſũt qm̃ qḋ ex neĉcitate eſt ſm actũ eſt. Quare ſi ꝑora ſũt ſempiterna ⁊ que actu ſunt poteſtate priora ſunt. ARCI.

¶ Patet aũt ex his que diximus: id quod eſſe neceſſario eſt etiã actu. Quare ſi perpetua ſunt priora: actus etiam eſt potentia prior.

¶ Scḋo ꝓbatur ↄ̃clo ſic. Illa q̃ ſunt i actu ſemꝑ ſunt ꝑora illis que ſunt in potentia. ſed illa que ſunt neceſſaria ſemper ſunt in actu: ḡ illa que ſunt neĉia ſemꝑ ſunt ꝑora illis q̃ ſunt in potẽtia. ⁊ ꝑ ↄ̃ñs illa que ſunt neceſſaria ſunt priora qȝ poſſibile ⁊ ↄtingens. Cum ḡ a priori ſit incipiẽdum: patet ꝙ in ordine modalium incipiendum eſt ab illis de neceſſe.

¶ Et hec qdẽ ſine ptãte actu ſũt vt ꝑme ſube. Alie vo ſũt actu ⁊ poſſitate q̃ nãe ꝑora ſt. tpe vo poſteriora. Alia vo nunq̃ȝ ſũt actu ſȝ ptãte ſolũ. Utrũ ãt ↄ̃traria ẽ affirmaᵒ negõni. ⁊ õro orõni q̃ dic̃ qm̃ oĩs hõ ẽ iuſtᵒ: ei q̃ ẽ nullᵒ hõ iuſtᵒ ẽ. aut ei q̃ ẽ oĩs hõ iniuſtᵒ eſt: Callias iuſtᵒ ẽ. callias iuſtᵒ nõ ẽ. callias iniuſtᵒ ẽ que eſt haꝝ ↄ̃traria eſt. Nã ſi ea q̃ ſunt in voce ſequũtur ea q̃ ſunt in aĩa: Illic ãt ↄ̃traria ẽ opinio ↄ̃trarij. vt oĩs hõ iuſtᵒ ẽ. ei q̃ ẽ. oĩs hõ iniuſtᵒ ẽ: ẽt in his q̃ ſunt in voce affirmatiõibᵒ neceſſe ẽ ſilr̃ ſe hẽre. Qḋ ſi neqȝ illic ↄ̃trari

opinatio ꝯtraria eſt:nec affirmatio affirma-
tiōi erit ꝯtraria ſ; q̄ dctā ē negō. Quare ꝯſi-
derādū ē cui opinatio v̄a falſe opīanōi ꝯtra
ria ē. Utrū negōni an certe ei q̄ ꝯtrariū eē opi
naẗ. Dico āt hoc mō. Eſt q̄dā; opinatio va
boni. qm̄ bonum eſt. alia vero falſa quonia;
bonum non eſt:alia vero falſa quoniā malū
eſt. Que harum cōtraria eſt vere. ⁊ ſi eſt vna
ſm̄ quam contraria. Nam arbitrari contra-
rietates opiniones diffiniri. in eo ꝙ contra-
riorum ſunt falſum eſt. Boni.n.quonia; bo-
nu; eſt:⁊ mali qm̄ malū eſt.eadē fortaſſe opi
nio eſt ⁊ vera ſiue ſint plures ſiue vna. Sunt
āt iſte contrarie ſed nō eo ꝙ cōtrarioꝝ ſunt:
ſed magis eo ꝙ contrarie. Si ḡ boni qm̄ bo
nū eſt opinatio eſt:eſt āt quoniā nō ē bonu;.
Eſt vero quoniā aliō aliquid qō nō eſt neq;
pōt eſſe. aliaꝝ q̄dē nulla ponēda eſt. nec que
cūq; eſſe quod nō eſt opinaẗ neq; quecūq;
nō eē qō ē. Infinita.n. vtraq; ſunt. ⁊ q̄ opi-
natur eſſe quod nō eſt:⁊ que nō eē quod eſt:
ſed in quibus eſt fallacia. hec āt eſt ex his ex
q̄bus ſunt generationes. Ex oppoſitis vero
ſiunt generationes.quare etiā fallacia. Si er-
go quod bonum eſt ⁊ bonum eſt ⁊ malū nō
eſt. ⁊ hoc quidē ſm̄ ſe.illud v̄o ſm̄ accidēs.
Accidit.n. ei malū nō eē. magis autē in vno
quoq; eſt v̄a q̄ ſm̄ ſe etiā falſa ſiq̄dē ⁊ vera.
Ergo ea que eſt qm̄ nō eſt bonū:quod bonū
eſt eius ſm̄ ſe cōſiſtens falſa ē. Illa v̄o que ē
quoniam:malum eſt.eius que ſm̄ accidens.
Quare erit falſa magis de bono ea que ē ne-
gationis opinio:q̄; ea q̄ eſt contrarij. Falſus
āt magis circa ſingula q̄ h; cōtrariā opinio-
nē. Cōtrariū.n.eſt eorum que plurimū circa
idē dr̄nt. Qō ſi harum contraria ē altera ma
gis vero ꝯtradictionis cōtraria manifeſtum
eſt qm̄ hic erit ꝯtraria. Illa vero que eſt qm̄
malū eſt qō bonū eſt īplicita eſt. Etenim qm̄
nō bonū ē.neceſſe idē ipſu; opinari. His igr̄
ita poſitis qm̄ ꝯtrarij opinio nō eſt ſimplex.
Simplex vero eſt negationis neceſſe eſt vt
ꝯtra ſimplice; opinionē ſimplex poti⁹ videa
tur opinio ꝯtraria. Eſt āt ſimplex boni opīo
qm̄ eſt vera. Simplex vero qm̄ bonū non eſt
falſa. Simplici ergo opioni de bono qm̄ bo-
nū eſt ſimplex erit ꝯtraria negatio.ſ. q̄ eſt bo
ni. qm̄ bonum non eſt. Amplius ſi ēt in alijs
oportet ſimiliter ſe habere ⁊ hoc videtur be
ne eſſe dictum. Aut enim eſt vbiq; ea que eſt
ꝯtradictionis aut nuſq̄. Quibus vero non
eſt contrarium:de his eſt quidē falſa ea que


eſt vere oppoſita. vt q̄ hoīe; nō putat eſſe ho
mine; falſus ē. Si ḡ he ꝯtrarie ſunt ⁊ alie cō-
tradictiones. ¶ Ampli⁹ ſimiliter ſe hn̄t opi
nio boni quoniā bonum eſt. ⁊ non boni qm̄
non bonum eſt. ⁊ ſup has boni qm̄ non bo-
num eſt. ⁊ non boni qm̄ bonum eſt. Illi ḡ q̄
eſt non boni qm̄ non eſt bonū vere opinioni
q̄ eſt ꝯtraria. Nō.n. ea q̄ dicit qm̄ malū eſt. ſi
mul.n. aliq̄n erunt vera. Nūq̄;.n. vera vere
ꝯtraria eſt. Eſt n. quoddam non malum qua
re ꝯtingit ſimul eſſe veras. At vero nec illa q̄
eſt non eſt malum. Simlr̄ etenim ⁊ he erunt.
Relinquitur ḡ ei q̄ eſt nō boni qm̄ non eſt bonū
ꝯtraria ea que eſt non bonum qm̄ bonu; eſt.
Quare ⁊ ei q̄ eſt boni qm̄ non eſt bonu;: ⁊ ei
que eſt boni quoniam eſt bonum. Manife-
ſtum eſt ergo quoniam nihil intereſt ac ſi vni
uerſaliter ponamus affirmatione;. Huic.n.
vniuerſalis negatio erit ꝯtraria: vt opinioni
q̄ opinaẗ qm̄ omne qō eſt bonū bonū eſt. ⁊ ea
que eſt qm̄ nihil hoꝝ q̄ bona ſunt bonu; eſt:
Nam ei q eſt boni quoniam bonu; eſt. ſi vni
uerſaliter ſit bonū eade; eſt ei q̄ opinaẗ q̄cq̄d
bonum eſt quoniam bonū eſt. Silr̄ āt ⁊ ī non
bono. Quare ſi in opinione ſic ſe h;. Sūt āt
he q̄ ſunt in voce affirmationes ⁊ negōnes
note earum que ſunt in anima paſſionū. Ma
nifeſtum eſt qm̄ etiam affirmationi cōtraria
q̄dem eſt negatio circa idē vniuerſalis: vt ei
q̄ eſt qm̄ omne bonum:bonu; eſt. vel omnis
homo bonus ea que eſt quoniam nullu; vel
null⁹. ꝯtradictorie āt aut non omnis aut nō
omne. Manifeſtum eſt āt qm̄ ⁊ veram vere
non ꝯtingit eſſe contrariā: nec opinione nec
in ꝯtradictione. Cōtraria.n. ſunt q̄ circa idē
oppoſita ſunt. circa eadē āt veꝝ ꝯtingit dicē
eūdē. Simul āt eidē nō ꝯtigit ineſſe ꝯtraria.
¶ At d; eoꝝ q̄ ſunt. alia q̄dē act⁹ ſunt: ſine po
tentia: quales ſunt ipſe ſubſtantie prime. alia ARCL
vero cū potētia act⁹/q̄ natura quide; priora
ſunt tempore vero poſteriora ſunt: inſup ⁊ q̄
nūquam ſunt actus ſed potentie tantu;. Cū
āt affirmationi negatio. ac affirmatio aduer
ſeẗ: nā huic oīs hō iuſt⁹ eſt: he/nullus hō iu
ſtus ē: ⁊ omnis homo iniuſt⁹ ē: aduerſantur:
⁊ item huic/callias iuſtus ē: he callias iuſtus
non ē: ⁊ callias iniuſtus ē: cōſideremus opor
tet vtra iſtarum ſit illi contraria. Atque cum
ea que ſunt in voce/ſequantur ea/que ſunt in
mente. Si illic opinio contrarij: ſit contra-
ria: vt opinio que dicit/omnis homo eſt iu-
ſtus: huic opinioni: omnis homo iniuſtus eſt:

neceſſe eſt rem ſimiliter ſeſe habere: ⁊ in affir
mationibus hiſce que in voce cõſiſtunt. Sin
vero contrarũ opinio non ſit ibi ꝯtraria: nec
affirmatio affirmatiõi: ſed dicta negatio cõ
traria eſt. quare conſiderãdum eſt qualis nã
opinio falſa opinioni vere contraria ſit: vtrũ
affirmationis opinio an ea que contrarium
opinatur. Dico autẽ hoc pacto. eſt vna opi
nio vera de bono: bonum eſſe: alia vero fal-
ſa de eodem, bonũ non eſſe. Et inſuper alia:
malum eſſe. harum igitur duaꝝ, vtra ſit con-
traria vere. ⁊ ſi ſit vna, vtra ſit ipſa cõtraria.
Exiſtimare itaqꝫ contrarias opiniões ex eo
definitas eſſe: quia ſunt contrarioꝝ falſuꝫ ꝓ-
fecto eſt: nam opinio qua quiſpiaꝫ opinatur
bonuꝫ eſſe bonum. Et opinio qua malũ opi
natur eſſe malũ. Eadem eſt fortaſſe ac vera:
ſiue plures ſint: ſiue vna. Cõtrarie vero ſunt
he. At non ex eo quia contrariorum ſunt: ſꝫ
ex eo potius, qꝛ contrario modo ſe habent.
Quod ſi ſit opinio de bono ipſum bonũ eſſe.
alia vero ipſum bonum non eſſe. Et iteꝫ alia
que bono tribuit id quod ipſi non competit:
neqꝫ competere poteſt. ceterarum quidam
nulla eſt ponenda contraria. nec earum qui-
bus competere quod non ineſt. nec eaꝝ qui-
bus non ineſſe: quod competit creditur: naꝫ
infinite ſunt ambe: ⁊ quibꝰ competere quod
non ineſt: ⁊ quibus non competere qđ ineſt
exiſtimatur: ſed ille ſunt ponende, in quibus
ineſt ipſa deceptio. He autem ſunt ille ex q-
bus generatiões proficiſcuntur: quapropter
⁊ deceptiões ex ipſis proficiſcuntur. Quod
ſi bonum ⁊ bonum eſt ⁊ non malum: ⁊ alte-
rum quidem per ſe: Alterum vero per acci-
dens competit. Accidit enim ipſi non malũ
eſſe: atqꝫ ea vniuſcuiuſqꝫ opinio vera eſt ma-
gis: que eſt per ſe: ⁊ item falſa magis que eſt
per ſe. Quippe cum ⁊ ea vera ſit magis que
conditionem hanc ſubit ⁊ horum vtraqꝫ fal
ſa eſt: ⁊ ea inquam que bonum: bonum non
eſſe: ⁊ ea que bonum malum aſſerit eſſe. Illa
quidem reſpectu vere per ſe: hec vero reſpe
ctu vere per accidens. Magis erit ea opinio
falſa ꝓfecto: que eſt negatio boni: qꝫ ea que
eſt ꝯtrarij affirmatio. Atqꝫ is circa vnũqđqꝫ
maxime opinatur falſo. qui contrariam ha-
bet opinionem. Cõtraria nãqꝫ circa ideꝫ ge-
nus plurimum differũt. Si igitur haruꝫ opi-
nionum cõtraria quidem eſt: ⁊ ea que eſt cõ
trarij. magis autem eſt ea ꝯtraria, que eſt ne
gationis: patet hanc porro ſine cõtrouerſia
cõtrariam eſſe. Preterea que bonum malũ
aſſerit eſſe connexa eſt. Eteniꝫ neceſſe eſt for
ſitan eandem bonum non eſſe bonũ putare.
Preterea ſi in ceteris etiã rem ſimiliter ſeſe
habere oporteat ⁊ hoc pacto videbit̃ de hi-
ſce dictũ bene fuiſſe. Aut enim aſſit vbiqꝫ cõ
tradictionis oppoſitio: aut nuſquã oportet.
Quibus autem non ſunt contraria ea: de his
eſt falſa que opponitur vere. Nam qui homi
nem hominem nõ eſſe putat. Is falſo nimi-
rum opinatur. Si igitur he contrarie ſunt ⁊
in ceteris: ſimili modo cõtrarie erunt ee que
ſunt opiniones contradictorie.

Reterea opiniones he quarum al
tera quidem bonum bonum eſſe:
altera vero non bonum aſſerit bo
num nõ eſſe. Similiter ſeſe habẽt.
Et inſuper he quarum altera bonum bonuꝫ
non eſſe: altera nõ bonum bonuꝫ aſſerit eſſe.
Ei igitur que dicit non bonũ bonuꝫ nõ eſſe:
que quidem eſt vt patet vera opinio que naꝫ
erit contraria. nõ enim ea que non bonũ ma
lum aſſerit eſſe: hec erit nonnunqꝫ ſimul cuꝫ
illa vera: nunqꝫ autem fit vt vera vere cõtra-
ria ſit. Etenim eſt quippiã non bonuꝫ, malũ.
Quare fit vt iſte ſint ſimul vere: nec iteꝫ ea q̃
nõ bonum dicit non eſſe malũ. Eſt enim ⁊ ip
ſa vera: nã erit nõnunqꝫ ⁊ iſta ſimul. Reſta
igitur ei que dicit non bonũ non eſſe bonuꝫ:
ꝯtrariam eam eẽ que non bonum bonũ aſſe
rit eſſe. Hec .n. eſt falſa. quo fit vt ea etiã que
bonuꝫ bonum nõ eſſe dicit ſit ei ꝯtraria: que
bonum bonũ aſſerit eẽ. At qui ꝑſpicuum eſt
nihil intereſſe ⁊ ſi affirmationẽ ipſam pona-
mus vlẽm: nam vlis negatio ꝯtraria erit ſa
ne. opinioni .n. que oĩno qđ eſt bonum bonũ
eſſe dicit, ea eſt ꝯtraria que nihil bonoruꝫ bo
nũ aſſerit eſſe. Ea nãqꝫ opinio qua bonũ bo
nũ exiſtimatur, ſi vlr̃ bonum ſumatur, eadeꝫ
eſt atqꝫ cõcurrit. Cũ ea que quicqd eſt bonũ
bonũ aſſerit eſſe. Naꝫ aũt nihil ab ea differt:
qua oẽ qđ eſt bonum, bonũ eſſe exiſtimatur
ſimilis eſt ⁊ de nõ bono ratio. Que cum ita
ſint ſi in opiõne res ita ſeſe hꝫ quẽadmoduꝫ
diximꝰ: affirmationes aũt neqꝫ negões ſi-
gna ſunt eoꝝ que ſunt in aĩa pꝫ ⁊ affirmatiõi
ꝯtrariã qdeꝫ negõnem eã eſſe, que eſt vlr̃ de
eodẽ vt huic: oẽ bonum eſt bonum. Aut oĩs
hõ eſt bonus: hãc nullum bonũ eſt bonũ aut
nll'ſ hõ eſt bonꝰ: ꝯdictorie vo oppoſitã hãc,
nõ oẽ bonũ ẽ bonũ aut ñ oĩs hõ ẽ bonꝰ. Pꝫ
ẽt fieri ñ poſſe: quo ve ſit ꝯria vera aut opio

**aut oratio vlla. Nã ꝯtrarie ſunt circa oppo
ſita: vt idẽ vere opinetur atq̃ enunciet. Fieri
enĩ non põt vt eidem ꝯtraria ſimul inſunt.**

¶ Ad declarationem predictorũ ponit philoſophus vnã di
uiſionem entium ⁊ ordinem inter membra diuiſionis. ⁊ di-
uiſio talis eſt. Entium quedã ſemper ſunt in actu ſine poſſi-
bilitate precedente eaſque poteſtas vel potentia ſit pars eo
rum ſicut pars ſubſtantie. vt intelligentie ⁊ corpora ſuperce
leſtia. q̃ nulla pars eoꝝ preceſſit ea. l3 primũ ſufficiens eoꝝ
p̃ceſſit ea. Alia ſunt in actu cũ poteſtate que eſt pars eoꝝ
que poteſtas p̃ceſſit ea tp̃e. Illa tñ que ſic ſunt in actu cum
poſſibilitate ſunt priora nã ⁊ pfectione q̃3 iſta quoꝝ poſſibi-
litas cũ tp̃e eſt poſterior. vnde ſubſtãtie generabiles ⁊ corru
ptibiles ſunt in actu cum poſſibilitate. ſ. cum materia prima
que eſt quedam potentia ⁊ pars generabilium ⁊ corrupti-
bilium exiſtentium in actu. ⁊ materia prima eſt prior tempo
re q̃3 ſubſtantia corporea cuius eſt pars. ſed eſt poſterior p-
fectione. Tertium membrum diuiſionis eſt q̄ quedã ſem-
per ſunt in potentia ⁊ nunq̃3 in actu: multa enim ſunt poſſi
bilia que nunq̃3 erunt. ⁊ talia ſunt indiuidua ſpecierum ge-
nerabilium ⁊ corruptibilium in potentia que nunq̃3 gene-
rabuntur. ⁊ ſic nunq̃3 erunt in actu. quia iſta potentia nũq̃3
reducetur ad actum. ſimiliter punctũ in continuo eſt in po
tentia vt diuidatur. ⁊ nunquã diuidetur ſm̃ quodlibet pun-
ctum. ⁊ ita in continuo ſunt multa in potentia. quia multe
diuiſiones ſm̃ infinita puncta que nunq̃3 reducent̃ ad actũ
completum. Alia etiam ſunt ſemper in actu imperfecto ſine
poſſibilitate precedente actum completũ. aliquando in actu
ſunt aliqua cum poſſibilitate que eſt eorũ pars ſemper in
potentia. ⁊ nunquam in actu. que ſemper ſunt in actu ſunt
priora his que aliquando ſunt in actu cum potentia. ⁊ que
ſunt in actu cũ potentia ſunt priora his que ſemp̃ ſunt in po-
A tentia. ¶ Intelligendum q̄ non eſt cura a quo modo ſit in-
cipiendum in ordine propoſitionum modalium. vtrum ſit a
neceſſario vel poſſibili. nam ſicut in circũferentie circuli q̄-
libet punctus poteſt dici principium circunferentie. ita in
quadrato vel quadrangulo cuiuſmodi eſt figura de ineſſe
vel etiam modalis quilibet angulus poteſt dici principium.
quia a quolibet angulo poteſt huiuſmodi figura icipi. ⁊ p-
pter hoc non eſt cura a quo incipiatur in inducendo propo
ſitiones modales adinuicem. dummodo per reductionem
cognoſcatur q̄ omnes propoſitiones eiuſdem ordinis que
reducuntur adinuicem equipollent: non eſt cura a quo in-
B cipiatur. ¶ Et ſi dicatur q̄ videtur incipiendum a neceſſa-
rio quia neceſſarium eſt prior alijs modis: ſcilicet poſſibi-
li ⁊ contingenti. Dicendum q̄ impoſſibile ⁊ neceſſarium
vtrunq̃3 eſt prius reliquo. alia tamen ⁊ alia prioritate. prio-
ritas enim quantum ſpectat ad propoſitum eſt duplex: ſcili
cet prioritas ſm̃ dignitatem ⁊ prioritas ſm̃ conſequentiã.
loquendo de prioritate ſm̃ diuerſitatem ſic neceſſarium eſt
prius q̃3 poſſibile: quia neceſſarium addit ſupra poſſibile dif-
ferentiam particularem ad dignitatem. ſ. perpetuitatem in-
corruptibilem: ſed loquendo de prioritate ſm̃ conſequentiã
ſic poſſibile eſt prius q̃3 neceſſarium. quia eſt conſequẽs ad
neceſſe ⁊ non econuerſo. ⁊ quia vterq̃3 iſtorum modorũ eſt
prior reliquo licet alio ⁊ alio modo prioritatis. ideo quidã
incipiunt figuram modalem a neceſſe vt reſpicientes ad pri⁹
ſm̃ dignitatem. quidam a poſſibili vt reſpicientes ad prius
ſm̃ conſequentiam. ¶ Ad ſciendum oppoſitionem in pro-
C poſitionibus modalibus ⁊ equipollentiam inter eas eſt ſciẽ
dũ q̄ philoſophus ponit hic huiuſmodi propoſitiones tanq̃3
modales. neceſſe eſt eſſe. poſſibile eſt eſſe. contingẽs ⁊c. que
tamen non ſunt modales: cum in talibus nõ predicetur mo
dus ſicut de aliquo dicto. ⁊ non determinet compoſitionẽ
per tales tamen propoſitiones intelligit propoſitiones mo-
dales. vnde per eſſe intelligit dictum affirmatiuum ſeu pro-
poſitionem affirmatiuam. ⁊ per non eſſe intelligit dictum
negatiuum ſeu propoſitionem negatiuam. vnde per hanc.
neceſſe eſt eſſe. intelligit omnes propoſitiones affirmatiuas
de neceſſario. vt neceſſe eſt hominẽ eſſe animal. neceſſe eſt
deum eſſe. ⁊ huiuſmodi. ⁊ per non eſſe intelligit propoſitio-
nem modalem in qua dictum negatur: vt per iſtam. neceſſe
eſt non eſſe. intelligit iſtam. neceſſe eſt hominem non eſſe al
bum neceſſe eſt album non eſſe nigrum. ⁊ huiuſmodi. eo-
dem modo eſt de alijs modis acceptis cum eſſe vel non eſſe.
Loquamur igitur primo de iſtis de quibus loquitur Ari-
ſtoteles vbi modus ordinatur cum eſſe vel non eſſe. Secun-
do loquamur de modalibus perfectis in quibus modus or
dinatur cum dicto. ¶ Sciendum eſt igitur ſecundum Ari- D
ſtotelem q̄ quattuor ſunt modi propoſitionum modalium.
⁊ in quolibet ordine ſunt quattuor propoſitiones: ⁊ omnes
propoſitiones eiuſdem ordinis inter ſe equipollent. quali-
ter autem propoſitiones in quolibet ordine debent ſumi in-
uenitur per duas regulas per primam regulam ſumuntur
propoſitiones primi ordinis ⁊ ſecundi. ⁊ per ſecundam re-
gulam ſumuntur propoſitiones tertij ordinis ⁊ quarti. E
¶ Prima regula eſt iſta. cuicunq̃3 dicto affirmato vel nega p^a regla
to attribuitur poſſibile: eidem attribuitur contingens: ⁊ ab
eodem remouetur impoſſibile. ⁊ ab eius contradictorie op
poſito remouetur neceſſe. per hoc q̄ dicitur dicto affirma-
to ſumuntur propoſitiones primi ordinis que ſunt. poſſibi-
le eſt eſſe. contingẽs eſt eſſe. non impoſſibile eſt eſſe nõ neceſ-
ſe eſt non eſſe. In tribus enim primis iſtorum dictum affir-
matur. ⁊ cui iſtorum attribuitur poſſibiliter eidem attribui
tur contingens. ⁊ ab eodem remouetur poſſibile. ⁊ ab eius
oppoſito remouetur neceſſe. quia in iſta. non neceſſe eſt nõ
eſſe. remouetur neceſſe ab oppoſito eius. quod affirmatur
in tribus primis modis primi ordinis. per hoc q̄ dicit nega-
to ſumuntur propoſitiones ſecundi ordinis que ſunt poſſibi
le eſt non eſſe. contingens eſt non eſſe. non impoſſibile eſt
non eſſe. nõ neceſſe eſt eſſe. In primis enim tribus modis ne
gatur eſſe. ⁊ in quarto remouet̃ neceſſe ab eius oppoſito. ſ.
ab eſſe. ¶ Secunda regula eſt iſta. a quocunq̃3 dicto affir- 2^a regla
mato vel negato remouetur poſſibile. ab eodem remouet̃
contingens. ⁊ eidem attribuitur impoſſibile. ⁊ eius contra-
dictorie oppoſito attribuitur neceſſe. per hoc q̄ dicitur di-
cto affirmato ſumũtur ꝓpoſitiones tertij ordinis. que ſunt.
non poſſibile eſt eſſe. non contingens eſt eſſe. impoſſibile eſt
eſſe. neceſſe eſt non eſſe. In primis enim duobus modis re-
mouetur eſſe a poſſibili ⁊ contingenti. in tertio modo attri-
buitur impoſſibile eidem. ſ. ipſi eſſe. In quarto attribuitur
neceſſe contradictorio ipſius eſſe ſcilicet ipſi non eſſe. cũ di-
citur. neceſſe eſt non eſſe. per hoc q̄ dicitur dicto negato ſu-
muntur propoſitiones quarti ordinis que ſunt. non poſſibi-
le eſt non eſſe non contingens eſt non eẽ: impoſſibile eſt non
eſſe. neceſſe eſt eẽ. In duobus primis modis remouet̃ poſſi
bile contingens a non eẽ ⁊ in tertio attribuitur impoſſibile
eidẽ. ſ. ipſi non eſſe: ⁊ in quarto attribuitur neceſſe eius con-
tradictorie oppoſito cum dĩ neceſſe eſt eẽ. ¶ Circa oppoſi-
tionẽ hmõi ꝓpõnum. ſ. vbi modus ordinatur cũ eẽ vel non F
eſſe. Sciẽdum q̄ propoſitiones primi ⁊ ſecundi ordinis ſunt
ſubcontrarie inter ſe. vt poẽ eſt eẽ. poẽ eſt non eẽ vñ v̾ſus.
Sit tibi linea ſubcõtraria prima ſecũde. Propõnes tertij or-
dinis ſunt ꝯrie ꝓpõnibus quarti ordinis. vt p3. nam iſta im-
poſſibile eſt eẽ. que eſt de tertio ordine ꝯriatur huic neceſſe
eſt eẽ. que eſt de quarto ordine. vñ v̾ſus. Tertius eſt quarto
ſemp̃ ꝯrius ordo. Propõnes ſcd̾i ordinis ꝯdicunt ꝓpõnibus
quarti ordinis. vt poẽ eſt non eẽ. que eſt de ſcd̾o ordine cõ-
tradicit huic. non poẽ eſt non eẽ. que eſt de quarto ordine.
vñ verſus. Pugnat cũ quarto ꝯdicendo ſecũdus. Propoſi-
tiones primi ordinis contradicunt ꝓpoſitionibus tertij ordi
nis. vt hec. poſſibile eſt eẽ. que eſt de primo ordine ꝯtradicit
huic. non poſſibile eſt eſſe. que eſt de tertio ordine.



¶ Circa propoſitiōes modales in quibus ordinatur modus cum dicto eſt ſciendum ꝙ loquendo de modalibus a quatuor modis poſſibile ⁊ contingens. impoſſibile. neceſſe. octo ſunt ꝓpōnes modales prime que non reducunť ad aliquas modales priores eis equipollentes. vnde de iſtaruꝫ equipollentia nō eſt querendum vt reducantur ad aliquas priores. vnde ſunt quatuor de neceſſario ⁊ quatuor de poſſibili ſeu contingenti quod pro eodē habeo. de poſſibili ſunt iſte quatuor. poſſibile eſſe. poſſibile nullum: poſſe aliquod. poſſibile aliquod non. ⁊ de neceſſario ſunt iſte quatuor. neceſſe eē. neceſſe nullum. neceſſe aliqđ. neceſſe aliquod non. nulla enim propoſitio de impoſſibili eſt ſimpliciter prima. ſed quelibet de īpoſſibili eſt reducibilis ad aliquā de neceſſario tanꝗ̄ ad priorem cui equipollet quod patet. nam iſta. impoſſibile eſt omnē hominem eſſe aſinū. reducitur ad iſtam. neceſſe eſt aliquem hoīem non eſſe aſinum. tanꝗ̄ ad priorem cui equipollet. quod pꝫ. nam iſta. impoſſibile eſt oēm hominem eſſe aſinum. quia impoſſibile ⁊ neceſſe nō equipollent. ⁊ iſta neceſſe eſt nō oēm hominem eſſe aſinum. equipollet huic neceſſe eſt aliquem hoīem non eſſe aſinuꝫ. Et hoc probatur qꝛ nulla ꝓpoſitio de impoſſibili eſt ſimpliciter ꝑma. qꝛ impoſſe eſt duas ꝓpoſitiones ſimplr primas equipollere adinuicē. nam ꝓpoſitionum in eiſdē terminis equipollentiam adinuicem ſemper vna reducitur ad aliam tanꝗ̄ ad priorem. cum ergo iſta. neceſſe eſt aliquē hominem non eſſe aſinū ſit vna de primis. ſequitur ꝙ iſta īpoſſibile eſt omnem hominem eſſe aſinuꝫ. non ſit vna de primis ⁊ eodem modo poteſt probari de qualibet alia propoſitiōe de impoſſibili quia ipſa nō eſt prima. quia reducitur ad aliam de primis in eiſdeꝫ terminis ſibi equipollentem.

A Eqpollētia modalium que fit.

¶ Circa equipollentiaꝫ modalium in quibus modus ordinatur cum dicto eſt primo ſciendum ꝙ in talibus vel modus precedit dictum vel dictuꝫ precedit modum ⁊ vtroqꝫ modo poteſt negatio vel preponi vtriqꝫ vel poſtponi vtriqꝫ. vt interponi. hoc eſt poni inter modum ⁊ dictum. ſi modus precedat dictum. ⁊ negatio preponať vtriqꝫ faciendū eſt equipollentia cum vtroqꝫ. ſ. taꝫ modo ꝗ̄ꝫ dicto. per regulam que habetur in his verſibus. Pre cōtradic ⁊c. Primo cum modo. ſecundo cum dicto. verbi gratia. iſta ꝓpoſitio nō neceſſe eſt omne. b. eſſe. a. equipollet huic poſſibile eſt nō b. eſſe a. quia non neceſſe ⁊ poſſibile nō equipollēt. per hanc regulam. Pre contradic. poſt contra. pre poſtquā ſubalter. ⁊ primo cum modo. ſecundo cum dicto vt iſta propoſitio nō neceſſe eſt omne. b. eſſe. a. equipollet huic poſſibile eſt nō omne. b. eſſe. a. quia neceſſe ⁊ poſſibile nō equipollent per hanc regulam. Pre contradic. ⁊c. per eandem regulam. non omne. b. eſt. a. valet iſtam. aliquod b. non eſt a. ⁊ ſic iſta. poſſibile eſt non omne. b. eſſe. a. valet iſtam. poſſibile eſt aliquod. b. non eſſe. a. vnde quando modus precedit dictum ⁊ negatio preponitur vtriqꝫ. ſ. tam modo ꝗ̄ꝫ dicto eſt regula generalis ꝙ modus precedit dictum. ⁊ negatio preponitur vtriqꝫ negatio mutat vtrunqꝫ quia mutat modum in modum deſperatum. ſ. neceſſe impoſſibile. etiam negatio mutat dictum in contradictorium dicti: vt viſum eſt de iſta. non neceſſe eſt omne. b. eſſe. a. patet etiam de alijs. naꝫ iſta. non neceſſe eſt nullum. b. eſſe. a. valet iſtam. poſſibile eſt aliquod. b. eſſe. a. quod poteſt ſic patere. non neceſſe eſt nulluꝫ b. eſſe. a. valet iſtam. poſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. ⁊ hec valet iſtam. non poſſibile eſt aliquod. b. eſſe. a. ⁊ hec. non poſſibile eſt aliquod b. eſſe. a. valet iſtam. neceſſe eſt nullum. b. eſſe. a. ⁊ hoc patet. quia illa. non poſſibile eſt aliquod ⁊c. valet iſtam. neceſſe eſt aliquod. b. nō eſſe. a. quia non poſſibile ⁊ neceſſe nō equipollent. ⁊ iſta. neceſſe eſt nō aliquod. b. eē a. equipollet huic. neceſſe eſt nullum. b eſſe. a. Sic ergo patet ꝙ ſi modus ꝓponatur dicto. ⁊ negatio preponať vtriqꝫ ꝙ negatio mutat vtrunqꝫ: ſcilicet modum in modum deſperatum. ⁊ dictum in contradictorium dicti. Si vero modus preponatur dicto. ⁊ negatio preponatur dicto: tūc equipollentia facienda eſt ex parte dicti tantum manente modo vt prius verbi gratia. iſta neceſſe eſt non omne. b. eſſe. a. equipollet huic. neceſſe eſt aliquod. b. non eſſe. a. ⁊ iſta. poſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. equipollet huic. poſſibile eſt non aliqđ b. eſſe. a. ⁊ iſta. poſſibile eſt omne. b. eſſe. a. equipollet huic: poſſibile eſt nullum. b. non eſſe. a. ⁊ ſic de alijs. ſi autem dictum precedat modum: aut vtrunqꝫ eſt affirmatum: ſcilicet tam dictum ꝗ̄ꝫ modus. ⁊ tunc ſi negatio preponatur vtriqꝫ eſt equipollentiam eodem modo facienda ſicut quando modus precedit dictum. ſi enim dictum precedat modum ⁊ vtrunqꝫ ſit affirmatum. ⁊ negatio preponatur vtriqꝫ: negatio mutat dictum ⁊ non modum. verbi gratia. iſta. omne. b. neceſſe eſt non eſſe. a. equipollet huic: neceſſe eſt nullum. b. eſſe. a. Si vero negatio interponatur tunc mutat moduꝫ in modum deſperatum. ⁊ dictum in dictum eiuſdem quantitatis ⁊ contrarie qualitatis. verbi gratia. iſta. omne. b. non neceſſe eſt eſſe. a. equipollet huic. omne. b. poſſibile eſt non eē a ⁊ hec huic. impoſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. ⁊ iſta. aliquod b. non neceſſe eſt eſſe. a. equipollet huic. aliquod. b. poſſibile eſt non eſſe. a. ⁊ hec huic. poſſibile eſt aliquod. b. non eſſe a. Si autem modus precedat dictum ⁊ alterum ſit neceſſarium: ſcilicet modus vel dictum: tunc non eſt aliqua ars ad ſciendum cuiꝰ equipollet: niſi facere equipollentiam cum vtroqꝫ. Primo modus cum modo dictuꝫ cum dicto. vt ſi dicatur nullum. b. neceſſe eſt eſſe. a. hec equipollet huic. omne. b. non neceſſe eſt eſſe. a. quia nullum valet omne non. ⁊ hec. omne. b. non neceſſe eſt eſſe. a. valet iſtam. omne. b. poſſibile eſt non eſſe a. ⁊ hec equipollet huic. poſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. Si auteꝫ modus ſit neceſſarius ſicut eſt de ꝓpoſitione de impoſſibili. ſi modus precedat dictum tunc illa de impoſſibili equipollet vni de neceſſario habente ꝯtradictorium dictum. ⁊ hoc eſt vniuerſaliter verum. tam in vniuerſalibus ꝗ̄ꝫ in particularibus. Iſta eniꝫ impoſſibile eſt aliquod. b. eſſe. a. equipollet huic. neceſſe eſt nullum. b. eſſe a. ⁊ iſta impoſſe eſt omne. b. eſſe. a. eqpollet huic. neceſſe eſt aliquod. b. non eſſe. a ⁊ iſta. impoſſibile eſt nullum. b. eſſe. a. equipollet huic neceſſe eſt aliquod. b. eſſe. a. Si autem dictum precedat modum. tunc particularis affirmatiua de impoſſibili equipollet particulari negatiue de neceſſe vt iſta. aliquod b. impoſſibile eſt eſſe. a. equipolleť huic. aliquod. b. neceſſe eſt non eſſe. a. ⁊ vniuerſalis affirmatiua de impoſſibili equipollet vniuerſali negatiue de neceſſario. Iſta enim. omne. b. impoſſibile eſt eſſe. a. equipollet huic. omne. b. neceſſe eſt non eſſe. a. ⁊ hec huic. neceſſe eſt

nullum.b.eſſe.a. Sed vniuerſalis negatiua de impoſſibili quando dictum precedit modū equipollet vniuerſali affirmatiue de poſſibili. verbi gratia. Iſta nullum.b.impoſſibile eſt eſſe a.equipollet huic.omne.b.non impoſſibile eſt eē a. ⁊ hec huic.omne.b poſſibile eſt eſſe a. Iſto modo ſolebam⁹ aſſignare equipollētiam inter propoſitiones modales tunc actu non conſiderantes diuerſitatem inter ſenſum compoſitum ⁊ ſenſum diuiſum.ſed quia vbi modus ordinatur cum dicto huiuſmodi oratio non eſt modalis: niſi in ſenſu diuiſo vt eſt ſuperius declaratū ⁊ in ſenſu diuiſionis ſemper ſubiectum dicti non precedit modum.ideo aſſignanda eſt equipollentia propoſitionum modalium ſolum ſm ꝙ dictū ſeu ſubiectum dicti ſm intellectum precedit modū modo quo dictum eſt. In ſenſu enim diuiſionis in quo ſolo propoſitio eſt modalis ſubiectum dicti ſm intellectum precedit modū. ſic enim debet manifeſtari ſenſus diuiſus: vt poſſibile eſt omnem hominē currere:in ſenſu diuiſo eſt iſte ſenſus. omnem hominem poſſibile eſt currere. ſeu omnis homo poteſt currere.⁊ qualiter in talibus eſt equipollentia aſſignanda docetur equipollentia quando dictum. ideſt ſubiectum dicti precedit modum. In ſenſu vero compoſitionis ſunt huiuſmodi propoſitiones de ineſſe ⁊ ſingulares ⁊ de ſubiecto ſingulari.⁊ ideo in ſenſu compoſitionis non eſt aliqua equipollentia aſſignanda preterꝗ̄ in illis de ineſſe tantum:quia ſi vnum contrariorum ſit neceſſarium reliquum eſt impoſſibile:⁊ ſi vnum contradictoriorum eſt poſſibile.reliquū eſt impoſſibile.ideo poteſt eſſe cum maiori equipollentia inter huiuſmodi propoſitiones in ſenſu compoſitionis. ſequitur enim.omnem hominem currere eſt poſſibile.ergo omnem hominem currere eſt contingens:⁊ vlterius. ergo omnem hominem currere non eſt impoſſibile:⁊ vlterius. ergo aliquem hominem non currere non eſt neceſſe:quia ſi vnū contradictoriorum eſt poſſibile:reliquum non eſt neceſſarium: ſed non eſt equipollentia inter huiuſmodi propoſitiōes tāꝗ̄


B inter propoſitiones modales. ¶ Sciendū eſt ꝙ contingēs accipitur dupliciter. ¶ Uno modo accipitur in cōmuni ſm ꝙ conuertitur cum poſſibili. Alio modo accipitur pro contingenti ad vtrūlibet ⁊ ſic non contradicit vni de neceſſario: ſed equipollet vni diſiunctiue. Item ex duabus de neceſſario in quibus diſtinguuntur contradictoria dicti vel propoſitionis de ineſſe ſit equipollentia ad illam propoſitionem que ponitur de contingenti ad vtrūlibet cuius ratio eſt. nā per philoſophum contingens ad vtrūlibet exponitur per poſſibile eſſe ⁊ poſſibile non eſſe.hoc eſt per vnam copulatiuam factam ex duabus propoſitionibus de poſſibili. verbi gratia.iſta omnem hominem contingit ad vtrūlibet currere.valet iſtam copulatiuam.omnis homo poteſt currere.⁊ omnis homo poteſt non currere.⁊ ideo ſola contradictoria:ſcilicet iſta non omnem hominem contingit currere. valet iſtam diſiunctiuam aliquis homo de neceſſitate currit.vel omnis homo de neceſſitate nō currit. Similiter iſta. aliquem hominem contingit ad vtrūlibet currere. exponitur ſic.aliquis homo poteſt currere.⁊ idē homo poteſt nō currere ⁊ ideo ſua contradictoria valet iſtam diſiunctiuam. de neceſſario.aliquis homo de neceſſitate currit. vel idem

Ad materiā vide ſcot. ſ9.diſt. p.q.v. ⁊ alibi plures.

C homo de neceſſitate non currit. ¶ Ex predictis patet ꝙ contradictorium propoſitionis de contingenti ad vtrūlibet habet tantū duas cauſas primas veritatis:ſcilicet iſte que ſub diſiunctione accepte conuertuntur. Non enim debet dici ꝙ quodlibet antecedēs eſt prima cauſa veritatis ſui conſequētis:quia ſic quelibet propoſitio vera haberet infinitas cauſas primas ſue veritatis quod videtur inconueniens.⁊ ideo dico ꝙ iſta non contingit ad vtrūlibet omne.b.eſſe.a. habet iſtas duas cauſas primas ſue veritatis.ſcilicet aliquod b.de neceſſitate eſt a.⁊ aliquod b. non de neceſſitate eſt a. ¶ Circa figuram propoſitionum modalium eſt ſciēdum ꝙ vt mihi aliquando videbatur tantum eſt ponenda vna figura in


D

modalibus in quibus modus ordinatur cum dicto. In qua figura neceſſe omne.neceſſe nullum ſtant contrarie.⁊ ſub illis poſſibile aliquod.poſſibile aliquod non:ſtant ſubcontrarie ⁊ neceſſe omne.⁊ poſſibile aliquod non:ſtant contradictorie ⁊ neceſſe nullum:⁊ poſſibile aliquod ſtant contradictorie.⁊ neceſſe omne:⁊ poſſibile aliquod ſubalterne:⁊ neceſſe nullum.⁊ poſſibile aliquod non:ſtant ſubalterne:vt patet in hac figura.



¶ Nulla enim propoſitio de impoſſibili eſt prima:⁊ vt viſum eſt ſupra:⁊ ideo illa de impoſſibili ſtat in figura tanꝗ̄ vna vniuerſalis negatiua. ⁊ de poſſibili non ſtat in figura. quia ſi ſtaret in figura he eſſent contrarie.ſed non ſtant contrarie. Iſte enim propoſitiones non ſunt contrarie.poſſibile eſt omne.b.eſſe a poſſe eſt nullum b.eſſe a.quia iſte pñt eſſe ſimul vere.poſſe eſt oēm hoiem currere.poſſe eſt nullū hoiem currere. ¶ Et ſi dicatur ꝙ ſm hoc eſſent alique ꝓpōnes prime que nō ſtarēt in figura. ¶ Ad illud videt mihi eſſe dicendū ꝙ hoc non eſt inconueniens.nam ſicut in illis de ineſſe multe ſunt propoſitiones de ineſſe que non ingrediuntur figuram de ineſſe.vt propoſitiōes ſingulares:ita ſunt multe ꝓpoſitiones prime modales que non ingrediuntur figurā modalem:vt vniuerſales de poſſibili.tamen quelibet propoſitio modalis prima habet aliquam propoſitionem modalē primam ſibi contradicentem vel equipollentē ſuo contradictorio vniuerſali enim affirmatiue de poſſibili contradicit particularis negatiua de neceſſario.⁊ vniuerſali negatiue de poſſibili cōtradicit particularis affirmatiua de neceſſario vel equipollet ſue contradictorie. ¶ Ad figuram enī propoſitionum non ſufficit ꝙ propoſitiones habeant contradictoria:quia contradictio:contrarietas:ſubcontrarietas:ſubalternatio:requiruntur ad figuram propoſitionū. E
Si alicui placet ponere aliam figuram probabiliter poteſt ponere:quia vniuerſalis affirmatiua de neceſſario.vel vniuerſalis negatiua de poſſibili ſtant contrarie in figura. vel vniuerſalis negatiua de neceſſario.⁊ vniuerſalis affirmatiua de poſſibili.ſtant contrarie:⁊ hoc eſt probabile:quia ſingulares contrariorum contradicunt inter ſe:ſcilicet ſingularis affirmatiua de neceſſario:⁊ ſingularis negatiua de poſſibili contradicunt. Iſte enim contradicunt de neceſſitate. h. b.eſt.a.⁊ hoc.b.poſſibile eſt nō eſſe.a.⁊ ſm iſtum modū dicendi ponēde ſunt due figure modales. vna in qua vniuerſalis affirmatiua de neceſſario. ⁊ vlis negatiua de poſſi ſtant cōtrarie:⁊ particularis affirmatiua de neceſſario:⁊ particularis negatiua de poſſibili ſtant ſubcontrarie:⁊ vl' in affirmatiua


de neceſſario: ⁊ particularis affirmatiua de neceſſario ſubalternẽ: vniuerſalis affirmatiua de neceſſario: ⁊ particularis negatiua de poſſi. ⁊ vlis negatiua de poſſibili: ⁊ particularis affirmatiua de poſſibili ſtant ꝯdictorie: ⁊ in alia figura ſtãt vniuerſalis negatiua de neceſſario: ⁊ vniuerſalis affirmatiua de poſſibili contrarie. ⁊ ſub eis particularis negatiua de



neceſſario. ⁊ particularis affirmatiua de poſſibili ſubcontrarie. ⁊ ſub vniuerſali de neceſſario ſtat particularis de neceſſario ſubalterne. ⁊ ſub vniuerſali affirmatiua de poſſibili ſtat particularis affirmatiua de poſſibili ſubalterne ⁊ diſponuntur figure hoc modo.



¶ Scđm iſtum modũ ponendi nulla ꝓpō de primis eſt extra figuram modalem: ſed forte diceturꝫ ſuperius poſuiſti hmõi ꝓpoſitiones eſſe primas neceſſe eſſe. neceſſe nullum eſſe. neceſſe aliqđ. neceſſe aliquod non. poſſibile eſſe. poſſibile nullum. poſſibile aliquod non. ⁊ modo ponis alias ꝓpoſitionẽs in figuris tanq̃ꝫ primas in quibus dictum vel ſubiectũ dicti precedit modũ: ⁊ ita videt̃ ꝙ non ponas ſufficienter vel cõuenienter. ¶ Item ſm iſtũ modum dicẽdi iſte ꝓpõnes neceſſe eſt omne. b. eſſe a. neceſſe eſt nullꝫ b. eſſe a. nullo mõ ſtarent in figura. nõ. n. ſtant cõtrarie: quia vlï affirmatiue de neceſſario cõtrariatur vniuerſalis negatiua de poſſibili, ⁊ vni tantum vnum opponitur primo eodem genere oppõnis nec ſtant aliquo alio modo in figura. ergo vꝫ ſm iſtum modꝫ ꝙ non omnis ꝓpoſitio modalis ꝓma ſtet in figura modali.
¶ Ad primum dico ꝙ loquendo de propoſitione modali neceſſe eſt ꝙ ſubiectum dicti ſeu propoſitionis de ineſſe cui additur modus ſm intellectum precedat modꝫ ⁊ ꝙ predicatum ſequatur modum ⁊ ꝙ modus ſe teneat ex parte compoſitionis. ideo per iſtas propoſitiões quas ſuperius poſui primas intelliguntur ꝓpoſitiones in quibus ſubiectꝫ precedit modũꝫ. per iſtam enim neceſſe eſt omne b eſſe a. intellexi iſtam: omne b. neceſſe eſt eē a. ⁊ ſic de alijs: ⁊ ita dico ꝙ propõnes que hic ponuntur in iſtis duabus figuris ſunt ꝓpoſitiões modales prime. ⁊ ita pono conſequẽter in prioribus dictis. ¶ Ad aliud cõcedo ꝙ iſte: omne b. neceſſe eſt eſſe a. omne b. neceſſe eſt non eſſe a. modo ſtant ſimul in eadem figura: ſed ſtant cum alijs in diuerſis figuris. nec oportet quilibet propoſitionem modalem ſtare in eadem figura cum qualibet alia propoſitione modali. quelibet tñ propoſitio modalis prima eſt in aliqua figura modali. Cauſa autẽ propter quã iſte non ſunt contrarie. omne b. neceſſe eſt eſſe a. omne b. neceſſe eſt nõ eſſe a. eſt iſta qꝛ in vtraq̄ꝫ iſtarũ affirmatur idem modus: impoſſe eſt ꝙ in ꝯtrarijs vel contradictorijs ſit idem principale ⁊ formale affirmatum in vtraq̄ꝫ. ¶ Item regula eſt phĩꝫ ꝙ ſi vnum cõtradictoriorũꝫ ſit in toto falſum ꝙ reliquum erit in toto verum. ſed vtraq̄ꝫ iſtarũꝫ eſt falſa in aliquibus terminis. vtraq̄ꝫ enim iſtarum. omnis homo de neceſſitate eſt albus. omnis homo de neceſſitate non eſt albus: eſt in toto falſa. ergo ⁊c̃. ¶ Si dicatur ꝙ contraria huius. omne. b. neceſſe eſt eſſe. a. accipitur poſtponẽdo negationem vtriq̄ꝫ vt patet per hunc verſum. Pre contradic. poſt contra. pre. poſtq̄ꝫ. ſubalter. Iſte ergo ſunt contrarie. omne b. neceſſe eſt eſſe a. omne b. neceſſe eſt non eſſe a. ¶ Dicendũ ꝙ per negationẽ poſtpoſitã ſubiecto: ⁊ prepoſitam modo accipitur contrariũꝫ propoſitionis modalis vel equipollens ſuo contrario. ideo contraria huius. omne b. neceſſe eſt eſſe. a. equipollet huic. omne b. poſſibile eſt nõ eſſe. a. Ideo iſta contrariãtur. omne b. neceſſe eſt eſſe a. omne b. poſſibile eſt non eſſe a. ¶ Et ſi dicatur ꝙ ille propoſitiões. omne. b. neceſſe eſt eſſe a. omne. b. neceſſe eſt non eſſe a. opponantur: ⁊ non alio genere oppoſitionis q̃ꝫ oppoſitionis contrarie. Dico ꝙ loquendo communiter de oppoſitione ſic opponũtur ⁊ habent legem contrariorum: quia poſſunt eſſe ſimul falſe: ⁊ nũquam ſimul vere. proprie tamen loquẽdo de oppoſitione prout diſtinguitur in libro predicamentorum in oppoſitionem contrariam. contradictoriam. priuatiuam. ⁊ relatiuam. nullo modo opponuntur: ſed ſunt reducibilis ad contraria. Illo modo poſſunt ſaluari omnes regule de contrarijs. contradictorijs ⁊ ſubcontrarijs ⁊ ſubalternis. ſcilicet pre contradic. poſt. contra. ⁊c. Et ſm leges contrariorum ⁊ contradictoriorum. ſubcontrariorum ⁊c̃. iſtud nunquam prius intellexi. ⁊ ideo deo qui mihi dedit intelligere ſint gratie infinite. Si autem quis velit ponere propoſitionis de impoſſibili in figura modali ponat in vna figura iſtas propoſitiones. A





¶ Nota duplex poſſibile. Unum quod eſt principium entis: tale eſt poſſibile obiectum: ſcilicet quod poteſt dare productionem alicuius: et tale poſſibile creatura non habet niſi a deo. Aliud dicitur poſſibile. quod idem eſt quod cui non eſt eſſe prohibitum: et tale habet creabile antequam creetur. et hoc habet ab alio. non tamen a parte rei: ſed a prima intelligentia: et primum per potentiam intellectiuam intelligit obiectum creature antequam per creationem creetur in eſſe: et quando per potentiam intellectiuam ſic producitur creatura in eſſe intelligibili tunc tale obiectum habet eſſe intelligibile ſiue ab intellectu intelligente ſeu a cauſa repreſentante: vt volunt alij.

¶ Finiunt preclariſſima cōmentaria profundiſſimi doctoris Gualterij Burlei in artem veterem Porphyrij et Ariſtotelis: Additis q̄plurimis additionibus: nouiſſime recognita: cunctiſq; mendis expurgata.

¶ Venetijs mandato et expenſis heredum Luceantonij Iunte Florentini: Anno domini. 1541. die. 2. Martij.

Regiſtrum.

✠ a b c d e f g h i k l m. Oēs ſunt quaterniones preter ✠ qui eſt ternio.

